

quod à πῆγω, hoc est, figo, firmum facio: & utrumque, *fio* & πῆγω, fors- tē ab Hebræo פֶּה hoc est, Os;

3. quia *verbo oris* & facta primū sunt omnia, & figuntur federa, & funda- tur fides.

4. *Berith*, hebræum, à *barar*, vel *barah*, eligere, comedere: quia eligendo fi- unt, & comedendo firmantur federa.

5. Est enim fedus communissimè, in certam beneficii & officii formam, ma- nifestata voluntatum eam ultro eli- gentium consensio.

6. Patet tam latè ferè ac regnum: & est non regentium tantū cum obedienti- bus; sed & obedientium inter sese; & personarum ex diversis regnis, cum re- spectu tamen ad regnum commu- nius.

7. Hinc beneficium & officium, communiter, *actio moralis*, ut & re- quisita ejus, *ratione subjecti agentis*, alia sunt in regno Dei communiter:

E 5

S. ubi